Fragmentarium

culpis invenitur · a mense participatione privetur;
Privatus autem a mense consortio ista erit ratio · ut in ora
torio psalmum aut antiphonam · non inponat · neque lectionem
recitet · usque ad satisfactionem; Refeccio autem cibi
post fratrum refectionem · solus accipiat; ut verbi gratia ·
Si fratres reficiunt sexta hora · ille frater nona; Si fratres nona
ille vespera · usque dum satisfactione congrua veniam conse
quatur; DE GRAVIORIBUS CULPIS ·;
His autem frater qui gravioris culpe noxa tenetur · suspen
datur a mensa simul et ab oratorio; Nullus ei fratrum
in nullo iungatur consorcio · neque in colloquio · Solus
sit ad opus sibi iniunctum · persistens in penitentiae
luctu; Sciens illam terribilem apostoli sententiam dicen
tis · Tradidi huiusmodi hominem satane in interitum
carnis ut spiritus salvus sit in die domini; Cibi autem refec
tionem solus percipiat · mensura vel hora · qua pre vide
rit ei abba competere; Nec a quoquam benedicatur
transeunte · nec cibus quod ei datur · DE HIS QUI
SINE IUSSIONE ABBATIS IUNGUNT SE EXCOMMUNI
CATIS ·;
Si quis frater presumpserit sine iussione abbatis ·
fratri excommunicato quolibet modo se iungere ·

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 19r – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/48968)